


Q.R.311, 15





MEMORIAM  
 CELSISSIMÆ COMITIS AC DOMINÆ  
 DOMINÆ  
**H E N R I E T T Æ**  
**E L E O N O R Æ**  
 S. R. I. COMITIS A **P R O M N I Z**  
 NATÆ COMITIS  
 AC  
 DOMINÆ JVNIORIS LINEÆ **R V T H E N Æ**  
 DOMINÆ PLAVIÆ, DOMINÆ GREIZÆ  
 CRANICHFELDÆ, GERÆ, SLEIZÆ  
 ET LOBENSTEINII  
 SEX JVVENES OPTIMÆ SPEI ac INDOLIS  
 ORATIONIBVS SOLEMNIBVS  
 GRATA DEVOTAQUE MENTE RENOVABVNT  
 VII. IDVS APR. CICIO CC LXVI  
 AD EOS AVDIENDOS  
**MÆCENATES PATRONOS**  
 ET  
**F A V T O R E S**  
 DEMISSE OBSERVANTER ET HUMANITER  
 INVITAT  
 M. JO. CHRISTOPHORVS MULLER  
 CONR. LYC. LVCCAV.  
 LVBBENÆ TYPIS JOANNIS MICHAELIS DRIEMELII.



MEMORIAM  
CHRISTISSIME COMITIS DE DOMINE  
DOMINI

HENRIETTE  
ELÉONORE  
S.R.I. COMITIA PROMISSA  
NATA COMITIA  
AO

DOMINI UNIUS RYTHMENI

Themistius

Επειδη παντες οι θεοι φερουσιν αυτην την οντοτηταν

ΣΤΡΑΤΙΩΤΕΣ ΟΙ ΤΙΜΗ ΣΦΕΙ ΚΑΙ ΙΝΔΟΙ ΤΙΣ  
ΟΡΓΙΩΝΙΑΣ ΣΟΛΙΜΗΡΙΑΣ  
ΟΤΑ ΔΙΟΥΔΑΣ ΜΗΤΡΗ ΚΙΝΔΑΒΑΝΤ

MAGENATI'S PATRIONOS

FATORES

DAMASCA ORTHODOXIA ET HUMANITAS

IN IO. CHRISTOPHERVS MALLEI  
CONI LYC. LACCAA

LADENNE Tunc Iovine Michaelis Dalmatiorum



bhinc duos annos, ad anniuersaria, memo-  
rie B. COMITIS HENRIETTÆ ELE-  
ONORÆ S. R. I. COMITIS A PROM-  
NIZ NATÆ COMITIS IVNIORIS  
LINEÆ RVTHENÆ sacra, prolutio-  
ne, DE EO, QVOD IN BENEFICIO  
SVMMAM MERREATVR LAVDEM.  
receparam, solemini & panegyrica oratione, gravissimis fir-  
missimisque argumentis, docere, SVMMAM LAVDEM  
DEBERI BENEFICENTIÆ BEATISSIMÆ HEN-  
RIETTÆ ELEONORÆ. Cuius laudes publice tunc ex-  
ponere litteris dubitabam, quia IPSA, de schola nostra  
OPTIME MERITA, dum vixit, ab omni gloriae conten-  
tione, sicut remotissima. Quod tamen consilium, quo mi-  
nus epicaverim, impedivit difficilis morbus, qui impro-  
viso me fere oppressit. Expectandum itaque erat, dum mu-  
neris ratio celebrationem emortualis MVNIFICENTIS-  
SIMÆ MATRONÆ diei denio mihi permetteret. Itæ  
vero partes cum, alternis demum vicibus, demandaræ sint  
mihi, tempus, quo pietatem Manibus BEATISSIMÆ  
COMITIS debitam declarare possim, iam adesse, ex ani-  
mo lator, liberandamque esse fidem publice datam, iudi-  
co, ita tamen liberandam, ut, pristino consilio mutato,  
quod, habenda, in Summorum Mæcenatum Patronorum-  
que Panegyri, oratione, proponendum sumseram argu-  
mentum, nunc, detracto oratoris ornatu omni, persequar  
his paginis. Quo facto facile elucebit, quod summae lau-  
di cedere soleat beneficis, illud de beneficio ILLVSTRIS-  
SIMÆ PROMNITIÆ iure meritoque non posse totum,  
sed debere etiam adfirmari. Neque quicquam rectius pro-

lusionis loco pertractandum censeo, eo, quod ad diei solemnitatem ipsam pertinet, ad quam quid aequum ac CELSISSEMI PROMNITIANI NOMINIS gloria pietatisque qualisunque declaratio pertinere possit, non video.

Sunt quidem, farcior, plura, quæ a proposito deterrere me possint. Sed iudicia quæque, iniqua etiam, subire, quam partibus meis defuisse, videri malo. Rem tamen ipsam prius quam suscipere incipiam, eundem, quo, ante biennium, summum quod mihi visum est, in beneficiis collocandis, proposui ordinem, observare me velle, monendum esse duco.

Primo itaque loco, Summam laudem beneficio BENEFICIENTISSIMÆ HENRIETTÆ ELEONORÆ deberi, ea ratione adducti contendimus, quoniam maximo cuique beneficio plurimum tribuitur gloriae. Illud vero, quod euenire posse, ne coniuciendo quidem præsumere, quod sperare nullo modo poteramus, inre suo nobis maximum est beneficium. Maximum a nobis etiam habetur, a quali datum sit considerantibus. Siue enim ad ipsam CELSISSIMAM COMITEM respiciamus, siue ad ILLVSTRISSIMÆ RVTHENORVM DOMVS aborigenes, quorum stirpem, ne altius retrogrediamur, Imperatorum e Suevia oriundorum tempora vidisse constat, siue PROMNITIAM DOMVM, tot heroibus, belli domique inclytissimis, toga sagoque incomparabilem gloriam consecutis, illustratam contemplemur, siue virtutes MVNIFICENTISSIMÆ MATRONÆ, quibus viua longe lateque inclaruit, atque, post fata etiam resplendescit, animo penitimus, siue animi dotes, gratiaeque, S. Flaminis virtute, concessæ, dona perquiramus, siue veterum denique illibatarumque diuinitarum rationem ineamus: ipsam, co

eo loco, inter mortales, sūisse positam videmus, ad quem ex hac, in qua delitescimus, umbra scholastica, demissa reverentia suppicere posse, summe gloriosum arbitrabamur, &, tantum abest, ut COMITEM CELSISSIMAM, de vertice, ad nos despicere velle, expectauerimus, ut, vel in mente tale quid concipere, arrogans de nobismet ipsis persuasio nobis esset visa. Plurimum itaque ponderis, beneficio, quo bonas artes exornauit, ILLVSTRISSIMÆ LEGATRICIS dignitate, accedit, quod hoc quoque respectu maximum est, summæque landes illi debentur.

Non minorem tanzen, interna specie, existimationem promerentur, quam, quæ sit maxima, quippe quæ, summo iudicio, accuratissima consideratione constantissimeque collata sunt, id quod, ex ipsis testamenti tabulis, unicuique iudicatu erit facilissimum. Inde fit, ut benefacta hæc, non solo pondere suo, sed, interiori etiam natura sue bonitate, sint maxima. Dux res hic coëunt, quæ, Seneca auctore, beneficium efficiunt. Prima, liberalitatis magnitudo. Non enim sunt, quæ largiri voluit, MVNIFICENTIS-SIMA COMES, infra beneficii mensuram. Deinde accedit nostra causa, ad quos peruenire voluit liberalitatis suæ munus. Lubens illud tribuit, atque percepit, ex munero isto, Suo, vere Diuinum gaudium, licet vix unus alterius percepti, de futuris munificentia fructibus, gaudii, testis esse potuerit. Cumque, quantum sit beneficium, referat, qua ratione illud interpretetur iudex, quam, queso singularis bonorum omnium contensio, in laudando eo extitit, quot applausus, quot elogia auribus percipere licuit, ita, ut, quicquid de magnitudine beneficii fingi possit, id omne, CELSISSIMÆ COMITI tribui soleat.

At, quantæ, ex ea parte, benefactis, quæ celebramus, accedunt laudes, quod, consuetudine beneficentia, para-

tior facta erat BEATISSIMA HENRIETTA ELEONORA & exercitatio ad bene, de multis, promerendum. Expolita sunt usu, quod vere dici potest, ~~narratio~~ CEL-SITVDINIS EIVS, elaboratoria facta sunt & maturiora, omnes ut adeo numeros habeant, omnisque generis laude non possint non haberi dignissima. Quam vero ad largendum exorrecta manus EIVS nunquam conqueuit. Loquitur istam liberalitatem Drekna, quam laudatissimarum virtutum sedem ac domicilium constituerat. Loquuntur domestici, post mortem, deuinissimi. Loquitur vicinia, quæ nunquam prædicare illam desinet, &, uti perceperimus, vel in oris longe remotissimis, munificentia ista usu exercitata non ignota foret, nisi, testo nomine, quæ fecit bona, ignorari, quam laudum præconia pati, maluisset IL-LVSTRISSIMA, quæ ad Sue causæ commoda referre solebat nihil. Patebat DOMVS PROMNITIA egenibus tantum non omnibus, quoram egestati ita succurrebat, ut eam, miserorum omnis generis refugium merito diceret circumiacens regio. Parentibus orbis matrem SE, CEL-SISSIONIS MATRONA, præbebat INDVLGENTISSIMAM. Si cui testa eum utensibus, flammæ consumfissent, paratam EIVS videbat manum, quæ damni partem refarciret. Patria quis carebat, atque semiavdus, domo sua bonisque, electus & exturbatus, cum cara coniuge liberisque vagabatur, læso, in primis, libero sacrorum iure, summa liberalitate, a COMITE PROMNITIA, adiutus, patriam iam dum sibi restitaram esse, putabat. Complura millia enumerares miserorum, quos opibus, consiliis, solatioque auxit, confirmauit & erexit.

Atque eum quidem in modum adiuuit omnes, ut ILLI, in æternum, obstrictos fese, sua voluntate, profiteantur.

Vsu tot fere annorum, quot vixit, in distribuendis be-

ne-

beneficiis, strenue se exerent, & nullus adeo extitit, cuius  
fortem non sit commiserata. In maioribus tamen beneficiis  
colloquendis, summo studio eligendos putauit eos, de  
quibus virtus, cum ante acta vita, bene sperare sinebant.  
Ilo, ceteroquin, iudicio sic usq; est, ut, quos nondum sa-  
uis idoneos inveniret, pulchris exemplaribus propositis, emen-  
dandi non omniaē plane spem abiiceret. Etenim, cum  
immanisuenta animalia, cura, quae iis adhibeatur, mitesce-  
re posse, sciret, hominum depravatos mores beneficiis  
corrigi posse, & ipsos ad meliorem frugem reuocari, non  
penitus desperabat. Exercitata, largiendi consuetudine,  
id etiam erat consecuta, ut Summo bonorum omnium au-  
tori, Deo, honor dando exhiberetur, qnod rei totius sum-  
ma est & caput. Hoc enim pacto denum alienis necessi-  
tatisbus recte subueniri & insignem utilitatem conciliari pos-  
se, sciebat, si, Numine Suo, Deus adsuerit beneficentia,  
cuius Solius auxilio fructus dantis fini queant respondere.  
Vnde factum est, ut munificentia, quae præstitit opera,  
ad quam hominibus datum est, ut peruenire possent, vir-  
tutem, ad illam peruenisse videantur. Neque quisquam ali-  
am, nisi hanc summam perfectionis gloriam præsumet, de  
beneficio, quod pie prosequimur, cum illud hexagenaria  
MATRONA, longo vita usu, liberalitati adsuefacta, non  
multo ante obitum, testamenti tabulis mandauerit. Non  
pertinet ista munificentia, nisi ad honorem Dei amplifican-  
dum & longe abest, ab illa, vana ambitionis ostentatio.

Contra ea, sincerus in Deum amor atque utilitas, mul-  
ta post secula, aliis adserenda, omni ex parte, ex illa elu-  
cer, ut adeo dubitem, an quicquam perfectius, quod  
que omnes numeros habeat, ipsa sapientia possit effingere  
et virtus.

Concedimus tamen & largimur ILLVSTRISSIMÆ  
COMITIS istam munificentiam, plurima laude, caritu-  
ram esse, nisi, quæ ad singulos in se spectat, ad uniuersos  
atque ad rempublicam pertineret. Agedum, videamus  
paucis, quem ad modum rem examinaturis sic quoque,  
laude, non possit non, dignissima videri, quam modo  
nominauimus, munificentia. Neque multa inuestigatione  
opus esse credimus, sed eos modo noscendos, in quos  
beneficia conferri voluerit, quibus cognitis, non in sin-  
gulis omnem spem positam fuisse, sed ad rempublicam &c,  
quod idem est, ad uniuersos illam progredi, facile patebit.  
Sunt vero illi iuuenes Equestris & ciuilis ordinis altiorum  
scientiarum studiis occupati tum etiam alii in inferiorum  
scholarum umbra desudantes. Isti omnes Diuinarum hu-  
manarumque rerum cognitionem, in qua continetur Dei  
& hominum communitas & societas inter ipsos, totius  
vitæ finem sibi proposuerunt. Iam vero omnes, qui men-  
tem suam cognoscendis Diuinis humanisque rebus excou-  
lunt, negotium in se suscipiunt, singulis quidem, sed  
omnibus etiam in uniuersum profutaram & reipublicæ.  
Quare, quod a communitate ducitur officium, maximum  
est, eam ob causam, quia toti humano generi utilitatemi  
ad fert magnam. Singulorum itaque commodis fauet, qui  
promouet eorum studia, qui reipublicæ in posterum pro-  
desse cupiunt, ornat tamen etiam omnem ciuitatem, quæ  
que vinculo societatis coniuncta est, ipsam humanitatem,  
sibique facinore tam egregio, sumnam, iure quodam suo,  
laudem comparat. Qua eadem dignissimam SESE sifit  
BEATISSIMA COMES. Cuius tamen beneficentia ideo  
maxime pertinere videtur ad rempublicam, quia iuuenes  
beneficio adiuti ciuitati admouentur iis functi muneribus,  
qui-

quibus prodeesse possint sibi suisque ac multitudini. Quod  
in primis valet de Iuuenibus, Illustri loco natis qui, quo  
magis, majorum suorum luce, resplendent, eo facilior il-  
lis, ad matuorem etatem vbi peruererint, ad Regum  
Principumque senatus, accessus patet, togati vel sagati rei-  
publicæ præsunt, bella inferunt & de pace paciscuntur,  
cum exteris, mercaturam consiliis adiuuant, periculis præ-  
ueniunt eaque propellunt, ciuiis ius statuunt, patriani-  
que locupletant, &c, quod Flacci musa cecinit,

tot sustinent & tanta negotia  
res patrias armis tutantur, moribus ornant,  
legibus emendant

Cum itaque tot tantique sint fructus beneficiorum, qui-  
bus studiosorum iuuenium diligentia excitatur, fouetur &  
ornatur, non difficile iudicatu erit, pariter ad commoda  
singulorum atque ad ipsam rem publicam perrinere, muni-  
ficam, in magistros, voluntatem, quibus, tanquam in-  
strumentis, opus est, ut optimæ excolantur artes. In pu-  
blica itaque, verendum est, ne peccemus commoda, si  
multum dubitemus, BEATISSIMÆ HENRIETTÆ  
ELEONORÆ, optime de singulis, optime de vniuersis  
atque de republica promerent, summos decernere triumphos.  
Iustus enim, teste Tullio, & verus triumphus est,  
cum, bene de republica meritis, testimonium, a consen-  
su ciuitatis, datur. Qui, ea quoque de causa, Illi deben-  
tur, quia latissime patent in nos collata beneficia.

Probe quidem videmus, eo loco nos hic versari, quo  
repetere liceret cuncta, quæ priori loco sunt prolata. Sed  
facile supersedebimus hoc labore, in primis, quod alia  
multa, a prioribus longe diuersa, ultro sece nobis offerunt.  
Nimirum latissime patent perpetuae liberalitatis beneficia,  
quæ, temporis successu, a pluribus percipiuntur. Quam  
vero vellemp, ut voto mihi expetere liceret, ut presensio ali-

qua rerum saturarum in animo inesset meo, qua adiutus  
secula percurrere possem, que consilio Diuino destinata,  
rerum vniuersitati superfluit, ad diem illum mundi fatalis,  
quo, ut Senecæ verbis utar, omnia, ingentibus inter-  
nallis diducta & disposita, stationes suas deferent, quo,  
subita confusione rerum orta, sidera sideribus incurrent, &  
rupta rerum concordia, in ruinam labentur, quo, denique,  
contextus velocitatis citatissimæ, in tot secula, pro-  
missas vices, in medio itinere, destituet, repentinaque  
concremabuntur omnia incendio. Quam vellem, ut se-  
culorum istorum gnarus, animis Lectorum simul sistere  
possem numerum magistrorum, iuueniumque, in acade-  
mis, nostroque hoc ludo litterario, versantium, in quibus,  
beneficiis suis, subleuandis, Gratiosa MVNIFICEN-  
TISSIMÆ COMITIS voluntas se explicuit, nœ, omnes,  
istum admirati numerum, latissime patere ista beneficia, me-  
cum conferentur. Ponamus iam, quod nulli, licet animus  
non presentiat in posterum, poterit esse obscurum eorum  
neminem perperam adfectum esse se & auctum liberalitate,  
videri velle, omnesque, summa opera, in eo enixuros esse,  
ut bene, in bonos collocata appareat, magistros omnes,  
demta curarum parte, magis excitatum iri ad iuuentutem  
rite educandam iuvenes, ad unum omnes, largitare BEA-  
TISSIMÆ HENRIETTÆ ELEONORÆ ornatos, di-  
gnos fieri & paratos, qui domi militiaeque, in sacra &  
ciuili republica, apud cives & exterros, magnas res gerere,  
ac rerum coelestium dispensatores, cum fructu & laude,  
esse possint, quodque suum cuique est, legum periti tri-  
buere letant, qui denique, infirmam corporis valetudinem  
pristine restituant saluti: quam augebitur eorum mul-  
titudo, quibus profuerunt PROMNITIANA beneficia?  
Habeant suas laudes, pro meritorum numero & excellen-  
tia, qui ea, in ciuitates conferunt benefacta, quorum vi-  
litas

litas ad magnam vel maximam ciuium partem peruenit, parentibus orbos, pauperes, senio, morbis, militia, maribus traiectis, & re nautica confessos, infantes expositios, regionum inhabitatarum nouos incolas iuuent, habent suas laudes, nobis tamen non postremo loco ponendi esse videntur, qui rem scholasticam promouent, atque bonarum artium alumnorum rebus adficiens succurrunt, laudesque, inter eos, non minimas BEATISSIMÆ PROMINITIÆ sed maxumas esse tribuendas putamus.

Quas easdem merito Suo Illi dari cognoscimus, quæ exemplo Suo plurimas adferat reipublicæ litterariæ commodates. \* Exempla vt obsunt sœpe prauoruni, ita pro- sunt bene meritorum. Ad hæc facta omnia tanti aestimantur, quantum est ipse, a quo proficiuntur. Antiqua quidem exempla plurimum habent autoritatis ad probandum & iucunditatis ad audiendum, sed nostræ etiam ætatis, magna sunt utilitati. Tanquam in speculo ornare & compone-re, exemplaribus propositis, vitam nostram, ad alienas virtutes, docemur. Certe nunquam præceptis aut sermonibus tantum proficitur, quantum magnis aliorum exemplis. Etenim, vt formam aliquam cera recipit, ex impressione sigilli, sic vita hominum insinuat, ex intuitu exemplorum, quæ altius menti inhærent, quæque facienda suadent, atque actionibus præeunt, in quibus tuto vestigia ponantur. In quibus hoc præcipue salubre & fructiferum, omnis exempli documenta, in illustri loco, posita intueri. Quæ cum ita se habeant, quanta quæso laude digni sunt, qui præeentes egregie factis, lucem præferunt aliis, & ex vita hac emigrantes relinquunt quod alii imitentur. De proposito ILLVSTRISSIMÆ HENRIETTAE ELEONORÆ exemplo nunc videamus. RVTHENÆ DOMVS CELSISIMI MAIORES, in tam exelso loco

B 2 Eam

\* vid. Reinhardi Theat. Prud. Pœf. II. & passim alibi

Eam collocauerant, vt, cum ILLVSTRISSIMIS GERMANICÆ PERSONIS non comparanda tantum, sed illis etiam æquiparanda esset. Accedebar PROMNITIÆ DOMVS splendor, qui summus adeo est, vt, cum SERENISSIMA DOMO SAXONICA, foedere coniugali, quo minus uniti sint PROMNITII, nihil impediuerit. Nec minore claritate refulgebat ex coniunctione cum ILLVSTRISSIMA atque CELSISSIMA VILEMINA LVISA CONSTANTIA COMITE ac NOBILI DOMINA LIPPIensi \* que LECTISSIMA THORI SOCIA FILIO SEYFRIEDO CELSISSIMO COMITI, in matrimonium, collocabatur. Quare splendor tot SERENISSIMARVM ILLVSTRISSIMARVM QVE DOMORVM in MVNIFICENTISSIMA MATERNA vnitus tam præstans erat, quam qui præstantissimus

\* Vix dici potest, quanto moerore adfligamur, nupero tristisque nuncio, ILLVSTRISSIMAM VILEMINAM LVISAM CONSTANTIAM, Klitschdorffii X. Kal. Mart. h. a ex hac vita eruptam esse. BEATISSIMA COMES filia erat ILLVSTRISSIMI TRID. CAROLI S. R. I. COMITIS & NOBILIS DOMINI LIPPIO-BISTERFELDENSIS, quam ex CELSISSIMA BARBARA ELEONORA COMITE SOLMSIO-BARVTHINA procreauerat. Beatisime Desuncta nata erat Ipsiſ Idibus Iul. A. cl 15 cc. XXXIII. In matrimonium collocabatur XVII. Kal Sept. A. cl 15 cc LIV. CELSISSIMO SEYFRIEDO, S. R. I. COMITIPROMNITIO, eoque mortuo complures viduitatis annos compleuit, donec pridie Kal. Febr. pr. a. nuberet ILLVSTRISSIMO CELSISSIMO. que IOANNI CHRISTIANO II. S. R. I. COMITI SOLMSIO-BARVTHINO. Forti animo constantique huic vite Eam valedixisse, testantur, qui longo morbo implieitam tabescerentemque circumstiterunt. Corpus exanimatum Baruthum in Saxonia translatum in sepulcro COMITVM SOLMSIO-BARVTHINORVM esse conditum, accepimus.

sumus. Suum itaque esse ceterisbat, ut, exemplo liberalitatis, quam virtutem quasi propriam habebar, præluceret aliis, Illustri præcipue loco natis, vi vestigia viderent, quæ sequerentur, & haberent, quod imitarentur. Non potest fieri, quin emolumento sit, rei literatæ exemplum Eius aliisque, successu temporis, existant qui nouo, ab IPSA tamen BEATISSIMA COMITE deriuato exemplo, amplectantur Lyceum nostrum, foueantque alumnos bonarum artium cupidos. Quicquid vero utilitatis inde ad scholam perueniat, quicquid boni futura ætas, tanquam ex penu proferat, illud ILLVSTRISSIMO liberalitatis exemplo nos debere, publice profitebimur.

At vero a gloriæ æstu liberam, & a vana iactantia prorsus alienam fuisse PROMNITHAM COMITEM, ut adeo, quæ viua præstiterit opera, amoris & liberalitatis plena, tecla ea esse voluerit, operumque istorum maxima & splendidissima, post mortem dénum, ut in vulgus spargetur, testamenti tabulis, provide cauerit, quantas meretur laudes! Longe absit quoque factorum Eius æquo iudice, ut præmii, inter cœlestes, comparandi, in suspicionem Illam vocare velit, ut multo magis familiarissima Ei fuisse effata illa Sanctissimi Flaminis, quibus, nullo intercedente nostro merito, future vitæ præmia, ex manu iudicis, nihil boni, præter se ipsum, atque a se effecta, agnoscens, expectare iubemur, nemini sit dubium. Nullam itaque, in decretorio illo iudicio, laborum operumque mercedein promeritam norat, hac mente, ad largiendam animum inducens suum, ut ad amplificandam Dei rerumque Diuinorum sapientiæque cognitionem, opum Suarum partem insumeret, quas Largitor Supremo deberi adfimerabat, ut, secundo loco, reipublicæ, cui, si a Deo discesseris, plurimum referimus acceptum, commoditates quam plurimas adserret, ne denique benefaciendi ullam amitteret occasiōtem. Nos quidem ultimam voluntatem PIENTISSIMÆ COMITIS inspicentes, Sue laudis, nullo modo, studiosam fuisse, reddimur certiores, quod memoria Sue prædicationem publicamque laudum Suarum celebrationem nullam, sed fidem proficiendique studium magistris, iuuentuti vero studiose, rhentem recti consiccam, operamque, in bonis artibus ac scientiis, indefessam iniunxerit. Hoc ipsum erit, quod Diuini beneficij memoriam ab omni obliuione tuebitur & con-

seruabit. **Hoc** **alios**, **nihil**, **sua** **ipsorum** **causa**, **facere** **docebit**.  
**Hoc**, **ab** **omni** **laudis** **auditate** **alienissimæ** **HENRIETTAE** **ELE-**  
**ONORÆ** **perennantem** **famam** **pariet** & **gloriam** **æternam**.

Quibus propositis, certi, Deum, qui ne aque quidem datae  
sienti guttulam, sine præmio, subministrari, se velle, adfir-  
mauit, æterna munera eademque amplissima MVNIFICEN-  
TISSIMÆ COMITI præbere, pia adjungimus vota, vt libera-  
litateim hanc tot fructus Deo probati sequantur, quot, que su-  
persunt, mundo perituro, secula, sequi partiantur. Reliquum  
est, vt, declamationes qui habituri sint, luenes nominem, &  
argumenta, quibus, in loco totius schole deuotissimam, DO-  
MIBVS ILLVSTRISSIMIS, mentem declaratum ibunt, quo-  
que ordine dicturi sint, exponam. Primus itaque.

**JO. GOTTLÖB PETRICK.** CALOV. LVS.  
BEATISSIMÆ VILEMINÆ LVISÆ CONSTANTIAE  
S. R. I. COMITI A SOLMS natae S. R. I. COMITI &  
NOBILI DOMINÆ LIPPIENSI, Latina Oratione soluta,  
parentabat

**JO. SAMVEL PETERMANN,** VETSCHOV. LVS.  
Gaudium adumbrabit, quo, HENRIETTA ELEONOR-  
A S. R. I. COMES A PROMNIZ adscitur, ex confir-  
mata cum BEATISSIMA NVRV, nec unquam in æternum  
finienda familiaritate, Carmine Teutonico.

**JO. AVG. ERNEST. MERCKER,** SVNIC. SAXO.  
de gaudiis B. SEYFRIEDI S. R. I. COMITIS A PROM-  
NIZ, ob amplificatum, ingressu nupero CARISSIMÆ CON-  
IVGIS chorum coelestium, perceptis, Orationem habebit Teu-  
tonicam.

**CHRISTIANVS FRID. ZEHE,** VETSCHOV. LVS.  
gaudium, quod ex cognatis familiaribusque, in coelesti vita,  
renatis, percipient beati, representabit Carmine Latino Hero-  
ico.

**CAROLVS AVGUSTVS ROEDELIVS.** LIBEROS. LVS.  
Questiōnem soluere tentabit: Numquid Beati resuscitere & dis-  
cernere possint, citiusne an serius ad coelestia gaudia sequantur  
carri religi? Oratione in Lingua Patria habenda. Tandem,  
CHRI-

CHRISTOPHORVS CAROLVS MEYENBERG

SONNEWALDA LVS.

*Quantum differant Beatorum Cælitum gaudia, a gaudio huius  
seculi, Oratione Latina Soluta monstrabit.*

VOS itaque, MÆCENATES PATRONI & FAV-  
TORES, fauete studiis pietatique, quam luvenes cras H.  
C. Q. C. præstabunt, præfentesque, illos, ad maiora  
quæuis excitate. P. P. Nonis Apr. A. R. S. cib. b. cc LXVI.

## TEXT zur MVSIC

Vor denen Reden

## CONCERTO

Choro

Christen, die sich trennen müssen,  
Pflegt ihr Trauren zu versüßen  
Dass der Tag gewiss erscheint,  
Welcher ihre liebsten Freunde,  
Trotz dem Tod, der Menschen Feinde,  
Bey dem Stuhl des Lamms vereint.

Recit.

Die Seele kriegt  
Den Vortheil freisch erst,  
Wenn Freunde sich zusammen finden,  
Und, in der Ewigkeit, verbinden.  
Doch folgt der Leib auch nach, wenn er den Tod besiegt.

ARIA.

Seelen, die ihrs schon empfunden,  
Wie verbündet,

Dort,

Dort, der Freunde Freundschaft seij,  
 Köntet ihr es uns erzählen,  
 Wie die Seelen,  
 Ohne Tand und Heuchelen  
 Ewig sich, in reinem Lieben,  
 Bey GOTT üben,  
 Würde nicht, die uns gefällt,  
 Alle Freundschaft, auf der Erden,  
 Eitel werden,  
 Weil sie leicht in nichts versällt.

### Nach geendigten Reden

Buero.

Mögen doch Freunde die Erde verlassen,  
 Wird gleich, im Sterben die Liebe gestört,  
 Werden doch alle sich wieder umfassen,  
 Die hier auf Erden zusammen gehör't!  
 Dort, in den Hütten der Seligen Gerechten,  
 Knüpft Gott ein vestes und dauerndes Band,  
 Welches, in Liebe; von allen Geschlechten,  
 Die sich, im Leben, mit Freundschaft verwant,  
 Wieder vereinet als Himmels Genossen,  
 Wenn sie die Tage nur selig beschlossen.

Choral.

Da wird seyn das Freuden Leben,  
 Da viel tausend Seelen schon  
 Sind mit Himmels Glanz umgeben,  
 Dienen GOTT, für seinem Thron.  
 Da die Seraphinen prangen,  
 Und das hohe Lied anfangen:  
 Heilig, heilig, heilig heist  
 GOTT der Vater, Sohn und Geist.

310 C

\* \* \*


**ULB Halle**  
007 417 322

3



Wg 1070 BK

mc



MEMORIAM  
 CELSISSIMÆ COMITIS AC DOMINÆ  
**DOMINÆ**  
**H E N R I E T T A E**  
**E L E O N O R A E**  
 S. R. I. COMITIS A **P R O M N I Z**  
 NATÆ COMITIS  
 AC  
 DOMINÆ JVNIORIS LINEÆ **R V T H E N A E**  
 DOMINÆ PLAVIÆ, DOMINÆ GREIZÆ  
 CRANICHFELDÆ, GERÆ, SLEIZÆ  
 ET LOBENSTEINII  
 SEX JVVENES OPTIMÆ SPEI AC INDOLIS  
**O R A T I O N I B V S S O L E M N I B V S**  
 GRATA DEVOTAQVE MENTE RENOVABVNT  
 VII. IDVS APR. CIC 10 CC LXVI  
 AD EOS AVDIENDOS  
**MÆCENATES PATRONOS**  
 ET  
**F A V T O R E S**  
 DEMISSE OBSERVANTER ET HVMANITER  
 INVITAT  
**M. JO. CHRISTOPHORVS MULLER**  
 CONR. LYC. LVCCAV.  
 LVBBENÆ TYPIS JOANNIS MICHAELIS DRIEMELII.

